

C A P. I.

De Romulo primo Romanorum Rege.

PRIMUS ille & Urbis & Imperii condi- 1
tor Romulus fuit, Marte genitus, & 1
Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos grvida 2
confessa est: nec mox fama dubitavit, quum 2
Amulii imperio abjectus in profluentem, cum 3
Remo fratre, non potuit extinguui. siquidem 3
& Tiberinus amnem repressit: & relictis ca-
tulis

S A L M A T I I.

1. **A** Marte genitus] Leve hoc quidem est, & vix dignum notari, expungendam esse præpositionem. *à*. *Genititer Romulus fuit Martegenitus & Rhea Silvia.* Ita lege ex consensu veterum omnium Codicum. Nec aliter duo vetustissimi Jordanis, quorum alter Longobardico charactere scriptus est.

1. *Et Tiberinus amnem repressit*] Ita legendum. Nec quicquam mutamus. Alter ramus Palatinus habet: *agnem repressit.* quod si cui placet, poeticum erit: *lens fuit agnive Tybris.* Nimis poeticum, nec probum.

F R E T N S H E M I I.

Historiam Romuli præter no-
stram invenies apud Li-
vium 1. Justin. 45. Solim. in princ.
Victor. cap. 2. de viris illustrib. Sex.
Ruffum de viris regia. Eutrop. 1. 4.
Oros. 1. 2. Plutarch. Dionys. Ha-
licarn. 1. & 2. Valer. Max. 1. 2. &
3. 3. Plinium 8. 17. 24. 12. 25. 18.

& 29. 16. 45. 18. 2. 14. 6. Augu-
stinum de Civit. Dei 2. 17. 3. 6.
11. 15. Laëtant. 1. 20. & 2. 7.
Virgil. *Æneid.* 3. 655. Ovid. 1. &
4. *Falforum.* & 14. *Metamorphos.*
Horatius 3. 3. *Carm.* Propert.
lib. 4. *Canova.* Ad datur in *Olym-
pæis aegyptæ* apud Scalige-
rum in edic. Eusebii, item alia ex-
cerpta Græca. *ibid.* pag. 387. f. Var-
ro de re rust. 3. 1.

1. *Prænoville*] *Idem* legi marule
Pontanus, ut ad P. R. referatur,
nihil vulgare verior est; ita infra
3. 10. 20. *ille corpore, armis, spi-
rituque terribilis. Et Vincen-
toris.* quamvis nec illa sentu vel
ratione careat.

Marte genitus] Hanc scriptu-
ram, cum in libris reperta etiam
viris doctis probetur: & Flori ge-
nium sapiat, recepilubens, alii à
Marte.

1. *Hic de se sacerdos &c.*] Ita
legit Gruterus ex Mss. & in for-
dane repertis restaper.

Abjicitur in profluentem] Ita Se-
verus Albini filius cum matre per-
cussit. *Et in profluentem abjici jus-
sit.* Capitolina. in Albino cap. 9.